pasta uel ipsa aqua cucur. et huiusmōi cū predicta decoc. misceat et fiat syrumus cū zucharo. Epithimēt frons et timpora ex sanda. al. et ru. ro. cū aqua ro. mixtis. et supra cor et epa apponatur peccia in predicto liquor intincta. Ex puleon olco ro. uel uio. succo solatri sempitue et silibus loca predicta inungant et epithient. Ad sitis et mitigationem detur syrup⁹ de psilo. ipleatur et saculus lineus subtilis pax se. psily. uel saltez se. lini trito et ponat in aqua fria et cum ipsa aqua quandam mucilaginez fecerit cuz illa mucilagine lauetur lingua. et cum ipso faculo fricet. semen et cidoniorum in ore teneatur. et eius decoc. sitim aufert. Spongia uel panus lini infusus in aqua decoc. mal. se. lini et e nugreci tepid pectori et thoraci applicet. De si materia fuerit indigesta. et sitis ual de incitet. pa. detur uas vitreum ereū ul' argētū magnuz qđ teneat unaq̄ octauā uel plus. plenū totū aq̄ clarissima et frigida i potu det. Nā ut ait ypo. in regie acutop̄. Aque nullū autē iueni usum nisi q; in fe. acutis exhibet et. Et ego h̄ solo uidi q; plures ab huiusmodi fe. acutis libertos fuisse. Radaet quoq; lingua cum cāna uel ligno. et fricetur cum spongia. uel saluia infusa in aqua. et succuz lactuce et portulace. i predictis ad situm mitigandas i ore teneat. pro isompnie tate lauēt pedes et crura i aqua in qua uirtus uiolarum mal. frondiū salicis lactuce. iusquā mi. et papaueris cocta fuerit. de hac. n. aq̄ lauetur pedes manus frons et timpora et pulsus. deinde leuiter abstergantur eo. postea ali quid de emplastris ad inducndum somnuz dictis in capitulo de frenesi fronti et temporibus applicetur. Cum aut̄ in his pass. et in alijs acutis fe. ē tanta fe. et in sompnietas. q; fere pa. ad moriez deducitur. et nullomō eos possumus pno care ad somnuz. ultimu; r. mediū quod possimus facere in puocando somnū est istud. R. ros. 3. iij. se. portulace lactuce se. melonum anisi liquir̄ citri opū tebaici. ana. 3. i. df ciantur cum aqua fri. et succo apū. et syrupo ro. et detur i potu. H̄er etiam alteretur cu. n spongis in acetō infusis circū circa leciuz suspēsis: et frond cana rum uit. s. salicis. mirti glandioli et huiusmodi per domū sternantur. et desuper aqua frigida distilletur. Constituatur et distillatio aque frigide. uel riu' us coraz eo. q; si: stupor i eorum oculis euent. fricentur extremitates manuum et pedum eorum cū staia infusa in acetō

salle fuligine et aqua ro. sil mixtis. Et fiant si fuerit necesse ea que dicta sunt in ca° de litaria uiz si ad litargias uideat tibi parare egrotas clisterio sianq; mal. uiol. braca ur. pitaria et urtica ana. M. i. sc. lini triti. 3. ii. i aqua bul. et colentur. et addito suco blete mercurial' ana. 3. ii. zuchha. uiol. olei uiol. ana. 3. i. 5. castiefi. 3. iii. mell' uiol. 3. i. iniciatur per clistere. mica panis ter uel quater in aqua lota cum aqua frida et zucharo mixta det. Qd si in viij. die n termietur egritudo. purgeat cu lotura superi' dicta. uel fiat syrupus de se. cōibus psilio ca. ue. et uiol. in quo ponat. 3. i. renbar. puluerizati. et deturito "i potu. Et qz hec egritudo per fluxuz san. narium terminari esueuit si in die cretico non fluat ipse sanguis. ex narib' et signa denūciatiua ipsi' san. ex narib' debentis fluere precedunt sicut sunt dolor capitum frontis stomaci et huiusmodi et fintillationes uelut ignis coraz oculis infirmi apparent. puocetur cum setis porci in naribus immisis. uel cu spargula. uel cu flobothomo naribus ipso. uel cu sanguisugis narib' et frōti appositis. uel fiat flobothomia de uena. q est in medio frōti. Quandoq; et in ucre superuenit fluxus san. i narib'. et soluitur egritudo per se interdu durat diutius ipse fluxus sanguinis a naribus. a nobis dictus. Et et quādoq; natura fortis facit crism per fluxu san. uentris qui nō restringat nisi se. prins recesserit. Et si ulterius ipse flux' uētris durauerit. dent trocisi de spacio et fiat a remedia i ca. d fluxu uētris dcā.

Ca". i6" de causonide.

Eluson fe. a cauitate dicta est qm. maximi corpori infert cauma et incendium. et fit ex pura colera in uenis subtilissimis et artarib' stōi pulmonis et epatis purgescā. Est. n. causon de genere tertiane. sed tñ fortior existit et maioris caloriz. Una tamen die fit fortior. alia uero die remissior. nec tu a corpore eparatur. et nō accidit oripillatio in causonide cu accedit. et alia accentia sunt uebementiora in causonide qz in tertiana fm q inferius distinguemus. Signa igitur i causonide sunt hec. Urina rubicunda uel subru uel citrina et tenuia et luens uelut ignis in hac fe. apparet. adest calor continuus et acut'. totius corporis incēdiū et cauma forte. dolor capitum frontis et temporū signitius in modū clauorum. qui figerentur in

capite. et precipue in dextra parte capitū et oculorum. et sumptio cordis. et stomaci morsus. uel giliarum instantis. os amaricatum. alienationes multe. pulsus uelox et acutus est subtilis sitis pseuerans. ut eis bibentibus nil sufficiat ligua cōbusta et dessicata et aspera. et quādoq; nigra facies squala apparent a iquātula citrinitate p̄fusa cōst patio uētris pg n̄miam sicitatem colere ex feruore uigēti. et semper cōtinuis ē dolor et incendium acutissimum. et sine itermissione i hac fe. nisi quia in mane circa horas matutinales aliquantula fit incendū et feruoris remissio non tñ plena requies. Et h accidit propter horas san. qui tunc spargitur p membra quibus illa hora dñatur. Et nota q si in easonide ypostasis in fundo urine permanēs sit alba. signat futuram cottidianam. si fusca tertia nam nigra erraticam. uel quartanam. Item nota q si i hac fe. etiam in alijs acutis fuerit ypostasis rubra i fundo urine continua et et peruerat et forme pineata. est optimū signū significat n. materiā sanguinē. que cito digerit. et erit digoni obediēs. Item nota q si in hac fe. et in alijs fe. acutis appetet urina discolorata. et pauca mictura ualde malum signum. et specialiter si nullā facit residētiā bonum signum est. quia est signum digonis et purgationis per urinam. Item nota q i hac fe. et in alijs acutis urina paucā fetida. pinguis uel nigra et huiusmodi et mingitur cum diffi cultate. mortem p̄ximam protendit. Curetur igitur huiusmodi pass. i hunc modū det omni mane syrup' acceto. us uel oxizacara. uel suc' malorum granatorum cum zucharo. mixtus cum aqua semi. comunium seu cum lacte se. predictoꝝ. In secūdo uero uel in tertio fiat minutio de mediana uena. et hoc dico si v̄tus etas et similia particularia i hoc ueniant. Pueri. n. et senes nō sunt flobothomādi sicut uult Elui. Item si uomitus uel fluxus uentris in principio superuenerit. uel pa. macilent' fuerit ultra modū minutio nō est facienda. Item i tempore nimis fri. nec nimis ca. nō debet fieri minutio nec in tempore nimis uentoso. nisi maxima iminet necessitas. et hoc in omnibus acutis fe. et i omnibus alijs egritudinibus. et etiam in sanis locum habet. Item nota q in continuis in die secunda uel quarta ad plus minutio nem facia

Quartus

31

mus & non ultra. Et ratio est. quia usq; ad 4^m diem harum egritudinuz materia est fluxibil & virtus fortis. a quarto vno die antea virtus debilitatur & materia residz. & ppter h; a quarto die antea non debz fieri minutio. quidam uero minuit i quarto die. q; nō aprobo. Itē nota q; si in huiusmodi continuis sequatur fluxus uenitris uel uomitus. est maluz signuz ualde. Sit. n ex habundantia humorum & ueru in hominatu. & de x. uix unus liberat. quibus hoc accidens ppter minutionem san. superueniat. Facta minutiōne detur syrups uiol'. uel ro. cum aqua frigida. uel zuchari. & collaturā dabis. hoc. n. i. acutis fe. plū ualct & bene nutrit & calorē mitigat & aqua ca. decoc. draganti. zuchari & penidiarū medula citruloy in frigida aqua infusa & data. Et h; dico si huiusmodi fc. fuerit sine ape st̄cate & sine punctura & dolore pectoris. q; tunc huiusmodi aque frigide nō competunt. Nam ut ait ypo. in asso. Frigidum inimicum est nervis pectori ossibus &c. Alia aqua melonis palesti in his fe. data optima ē que hoc modo extrahi debz. Accipiat melo palestin'. & perforetur & per illud foramen imita zuchari i predicto. melone. & tamdiu manibus moueat huc & illuc quo usq; zucharum liquefiant. deinde ipsa aqua trahatur in potu. Alia aqua optima in huiusmodi fe. que discrasiam febrilem & incendium & sitim mittigat & urinam prouocat. teratur semina cōmunita ad cōstitutioꝝ. 3. iiii. plus uel min⁹ secundum q; uolueris. & super ipsis tritis i sun de ptisanam ordei feruentissimaz ul' saltē aquā simplicez ca. (scd nō tm uz) & colleꝝ & adde zuchari & penidiarum. & i potu da. Q; si fuerit uentris constipatio. detur hec aqua optima. q; quasi uino assimilatur. & multum confert in huiusmodi fe. & in simplici & dupli cōstitutioꝝ. alter. n. febrilem discrasiam. & purgat aliquan uolum. bul'. aliqua frustra reubarbari in aqua. & ipsum reubarbarū aquā colorabit sic q; quasi vīnu uidebitur. & addito zucharo uel penidiis uel syrupo uiol' detur in potu. Cistre leniu⁹ uel suppositoruz fiant si necesse fuerit. pro asperitate lingue. & pro dolore capitioꝝ fiant remeꝝ. supius dieta i precedeti ca°.

La. xvii. de emitriteis. & p° de minori.

Mitritei tres sūt sp̄cies. s. maior medi⁹ & minor medi⁹ & minor curari possunt. si medicus fuerit prouid⁹ et circa i i. muz sollicit⁹. Maior uero potius diuina q; humana manu curatur. auctoribus oī

ziber

bus testantib⁹. Emitriteus quidez ē fe. tenuis ex duobus humoribus. uno in uenis. et altero extra putrefactis. Et dicitur emitrite⁹ ab emi⁹ q⁹ est medium et tritus q⁹ est tertiana inde dicitur emitrite⁹ quasi habens mediaz pte sui. materiaz tertiane. s. coleram. Minor itaq⁹ emitrite⁹ sit ex flegmate putrefacto intra uasa. et colera extra. Unde talia debet esse syntho mata. Urina ruffa. seu subruffa. seu citria et me diocriter spissa et sup⁹ us liuens cu appone manus. pulsus uelox et plenus. lingua appet alioq⁹ tul⁹ nigra et limosa. pa. continuo frig⁹ infestat a pmo die usq⁹ ad tertium uel quartum diem in uespis. et post q⁹ frig⁹ minuit pmanet extremi tatum frig⁹as. s. maniu⁹ pedis nasi et sic manet i firmis p. xvij. horas. quas habet i sumo labore. s. ab hora uespertina usq⁹ ad matutinā. et est cum oculorum grauitate falso sopno. et sic a q busdam medicis ipitis minus bñ iudicantib⁹ pp hu⁹ usmodi accidentia et stuporez oculoruz litargia esse creditur. et pp sex horas. s. a tertia usq⁹ ad uesperas quas habet in falsa quiete a q busdam impiis quotidiana esse creditur. cu⁹ nō sit. Unde quisq⁹ pbis medicus infirmum suum d⁹ assidue uisitatur. ut assidua uisitatioe q⁹ pass. curare debeat cognoscat. et nō semp i sola aspectioe urine fidat. cum urina sit falax nū cius pp quaz in quibusdaz morbis et sp̄aliter in his morbis. et que hñt materiam itra uasa. Mediis uero emitrite⁹ fit de colera putrefacta intra uasa et ex flate extra uasa putrefacto. In principio appet urina rubea uel subru. me diocriter tenuis. i statu uero aliquantulum in spissaſ. seu in augumento. et in superficie aliquatuſ luſ liquiditatis uel viriditatis uel nigredinis ad est. uigiliaruz instantia. sitis lingue. ariditas. asperitas dolor frontis tempoz et aurium constipatio uentris pulsus uelox et subtilis. Vigor i hac spē emitritei de tertio in tertium diem in choatus sexta uel nona hora diei habens. xxvi horas in sumo labore. et. xij. in fl̄a quite. Maior uero emitrite⁹ fit ex colera putrefacta intra uasa et ml̄ia extra. et habet xl. horas in sumo labore et xi. i fl̄a quiete. infestans pa. int̄ēſſime eis dem accitibus sicut i medio emitriteo dixim⁹ sed magis ualde et cu⁹ n̄ pessimis et malis significationibus et mortalibus. urina apharet i eo viridis uel nigra. Et isti tales (sicut superi⁹ di xi) sunt sc̄o spiritui comedandi et solis signis pronosticio relinquendi. Et nota q⁹ quandoq⁹

solet fluxus uentris. uel uomitus i pñ minoris et medu⁹ emitritei supuenire. q si fiat ui syntho tis iam debili exante infirimo mortem p̄ximas pronuciabis. Si uero cu⁹ fortitudine uirtutis et ui materie pugnantis etra morbum. tunc egreditinem breuem et bene terminabilez fore prouinciabis. Curetur itaq⁹ minor emitrite⁹ in hunc modum. a principio detur syrups aceto sus. uel oxizacara cum aqua fri. uel tepida. In tertia uel quarta die fiat minutio (uirtute et etate pmitt. cibis) de uena epatis et san. secunduz uirtute pa. extrahat. Post minutionem uero detur syrups ro. uel uio. cum aqua fr̄ia ul' zu charuz ro. nouuz ppter confortationez stomachi i. viii. uel. x. uel. xij. diebus uel ultra. qz hu⁹ modi egritudo. vii. viii. xi. xiiij. uel. xvij. die terminat ut plurimuz. et quandoq⁹ usq⁹ ad. x. uel. xxij. die ad plus protenditur. prolongas itaq⁹ q̄tum plus potes dare medicinaz si uide retur periculus i mineri. Des itaq⁹ hāc decoc. in decia uel duodecima die. R. polipody quer cini boni et recētis. et bene rasū et mundati a cor tice exteriori. 5. quatuor teran. bene insimil' cu⁹ 5. i. 5. se. seniculi et buliāt cu⁹. xxv. prunis siccis et additis. 5. ii. mirabolozum citrinoz in sero mane collatura propinef. uel detur hec decoc. optima ad hoc R. ca. ue. epatice ana. M. i. uio. 5. i. pruna damascena sicta. xxv. Juuibe sebe sten ana. xxv. polipody quer cini mundati. 5. i. 5 ordei mundi. p. i. se. fen. anisi an. 5. i. omnia per sece coquantur et collentur. et additis tamari dorum. 5. ii. pulpe cassie fi. 5. i. mirabolozum citrinoz. 5. 5. per totam diem iaceant ad serenū et additis. 5. i. zuchari uiol'. mane in auroza tepida exhibetur i potu. Uel detur aqua reubarbari cu⁹ syrupo uiol'. et si in yeme fuerit uel au tūpno detur oximel. psiliticū uel diaprinis uel ellectuaruz de stico ro. q si necesse fuerit sepe fiat et si i xiiij. uel etiā in. xxij. transeat egritudo. Et et si fluxus uentris uel san. uel uomit⁹ supuenerit. et eger nō uideatur tibi in totum liberat⁹ pp hoc non teat quin cum predictis decoc. et ellectuaruz purges ipm dūmodo uirtus pa. sit fortis. Qd si fl̄a extra uasa remanserit prouocabis uomitum cu⁹ aqua. se. rad. rapaz uel rapistarum atriplicis. seu rassani uel cum uomitu. Nicholai scarpelle uel patriarche et si milibus in capitulo de uomitu positis. Qd si stupor supuenerit seu subeth. fiant fricationes seu cetera remedia in capitulo de litargia

dieta. ut sunt clisteria empla et huiusmodi ioc
cipitio facta fricatione prius forti sicut in capo
predicto plene dixi. dieta tenuis exhibeatur si
virtus usq; ad statum durauerit. sicut est pri
sana collata cum zucharo et penidys mica pa
ster uel quater lora in aqua cuz zucharo et peni
dys prima damascena elixa. scarola lactuca cu
turbita portulaca citrul' et huiusmodi elixa. cuz
agresta uel acetato parata det. lac amigdol farina
ordei cu eodem laete parata et huiusmodi det.

Qd si infirmus fuerit ualde debilis. et virtus
no sufficit usq; ad statu dei sic parue pulle
cu ordeo mudo decocte. vel ipa caro ipsi pulle
in tm decocta q caro ab ossibus separat. pira
grossa et matura et poma grossa dari possunt
etiam uue iudaice. sucus granatorum et similia da
ri possut. Medius vero emitriteus eodem modo
curatur per omnia sicut minor hoc excepto. qz
in pacientib; mediis emitriteum debemus in
sistere qstum possumus cum emplastris et alijs
remedys puocantibus somnuz in capitulo 3
freneti dictis. Cum isti pacientes mediis de fa
cili siant frenetici. In minori debemus fricati
ones et huiusmodi facere ibibere sponuz sicut
dictum est. cuz bis que in capitulo de litargia
dicta sunt. cuz de facilu huius modi minori emi
triteus in litargiaz conueriat. Unde in aliquo
preterq; in hoc no differt cura minoris et medu
emitritei. Eodem n. m purgamus et digerimus
materiam. et huiusmodi alia facimus in uno sicut
i alio. Nec differt cura uni et alteri nisi i duo
bus dictis. Maior vero emitrite i incurabilis est ut
dixi. cum inuenim patientem inqstum possum
ipm pro despato in cura recipienda. et listam
cum predicta cura in capitulo de minori emi
triteo dicta. Item purgamus pa. cum decoc
sene. thimi. cuscute. epithimi uiol' ca. ue. scolo
pendrie ana. M. 5. uiol'. 3. i. prima. xxx. omib;
decoctis addatur collature cassiefi. tamarido
rum. zuchari uiol'. diaprunis. ana. 3. i. lapidio la
zuli. 3. iij. reubarbari. 3. iiij. mirabolanzorum ci
trinorum. 3. 5. per noctem hec insimul laceant
mane uero collatura propinetur in potu. et sa
ciamus quod possumus. tamen semper huius
modi pa. maiorem emitriteuz pro despato ha
bebinus.

Lxviii. de tertiana uera.

Tertiane eniz due sunt species. alia va
et alia n va et hec dicit nota. Qd primo

de uera agendum est. Uera tertiana fit ex cosa
ru. naturali pura. et potius in iouine colericu
sicco et macilento magis intensa. et in estate et in
calida regione et sicca. et dieta et calda et sicca
et multe colere generativa precedente. et tal ter
tiana inter acutas nominatur. que tantum per
vij. periodos durat est uera. et si transit septem
periodos est nota. Habet igitur uera tertiana
xy. horas in sumo labore. xy. in leptopicis. et
xxiiij. in uera quiete. Urina taliu ruffa uel b
russa. p totum tenuis. et quandoq; crocca. uel
aurca appetet. et pa. de tertio in tertium diem i
festatur a tercia hora dici entea. primo cum in
genti rigore sed pa durat. postea sequit calor
pulsus magnus. et uelox sitis. amaritudo oris
et etiam ulceratur os dolor frontis et temporu
et quandoq; dolor continuus et colericus sequi
tur. Et nota q cum dicitur tertiana uera uel
quartana et huiusmodi se. habet tot uel tot ho
ras in labore. intelligit q eas haberet ad plus
alii. enim huiusmodi tertiana uera no affligit
in fe. per ix. horas. uel. x. uel minus si materia
fuerit pauca et sic de aliis. In principio itaq; hu
iusmodi se. detur ad divisionem materiei quo
libet mane. 3. i. 5. syrupi uiolati uel oxizacara.
cum aqua fri. nisi fuerit cu hoc dolor pectoris
uel lateris. qz tunc miscemus cum predicto sy
rupo tertiam partem. 3. penidiarum. et damus
cum tepida. Et si fuerit cum hoc fluxus uctris
uel vomitus. admiscemus predicto syrupo. 3
5. zinchari ro. antiqui uel damus syrum ros.

Si uero uenter fuerit constipatus. damus sy
rum uiol'. cum tepida. uel oxizacara misce
mus zucharum uiol' et damus. Post uero ter
tiam uel quartam accessionem uidelicet i octa
uo uel decimo die si materia fuerit in stomacho
et cognoscitur per nauseam uel uomitum uel
educatur materia ipa cu uomitu patriarche u'
Nicolai et similibus in capitulo de uomitu di
ctis. uel in ipso seruof caloriz aqua frigida in
multa qtitate exhibeat in potu. et digitis i ore
immissis uomitiis pronocetnr. multi hoc solo
curantur. uidelicet cum materia est in stomacho
que faciat huiusmodi tertianam ueram. Qd
si materia sic ia intestinis. et cognoscitur quia
dolor et tortio sunt circa uentre. et quandoq;
adest fluxus uentris et eritudo colericica. sicut
educatur materia cum clisteris acutis et mo
dicatiis superius dictis ptim. et partim etiam

Liber

etum medicinis inferius dicendis. Si uero materia sit in epate uel kisti fellis q̄ cognoscitur per urinaz mihi rurz incēsam in colore. et etiā ad quandā spissitudinez accedētem. et calor est ual de acutus. Si uero in spūalibus fuerit materia tunc adest sitis intēsa. et per portum mitigari nō potest. In quocūq; predictoz locorum fuerit materia. s. in intestinis. epate uel kisti felis. uel i spūalibus. digeratur secundum doctrinam superius dictam. In. x. uel. xii. diebus purgetur pa. cum decoct. ista. R. ca. ue. epatice. scolopendric. horaginie ana. M. 5. florū uic. florū horagi. is ana. 3. i. se. coīum. 3. ii. ordei mundi. p. i. pruna. xxx. iuube sebesten ana. xxv. H omia pfecte coquātur. et coilentur. et collature addatur tamarindoꝝ oximellis simplicis ana. 3. i. zu chari ro. uiol. ana. 3. s. diaboraginati. 3. i. s. reu barbari triti et positi in suco scariole depurato p noctem. 3. tertiam aque decoct. plantaginis. 3. u. hec omnia simul mixta p noctem simili iaceant ad serenuz. mane uero in potu dentur. quoniamz bac decoct. utebatur magister meus in tertīis ueris. etiam et in causōe. et in omnibus egritudinibus ex colera factis. Utebatur etiā syrum laxatiuo ad hoc. R. uiol. 3. ii pruna. 1. i. a. cante hec per noctem in aqua feruenti. manē vō bul' et col enī et fiat syrum cuz lib. i. 5. zuchari in quo addre reubarbari plūcerizati. 3. iii. aque ro. 3. iii. d̄ hoc syrum sumat pa. 3. iii. uel quatuor de quarto in quartum diem in die quietis. et hoc post tertiam uel quartam accessionem. uel purgetur solum cum decoct. mirabolanoꝝ citrinorum et cum. 3. ii. zuchari in aqua ea. per noctem ponantur mane uero exhibeat collatura eorum habenti stomachum frigidum cum ea. habenti uero stomachum calidum. cum fri. exhibeantur. Et nota q̄ mirabolani dati cum ea. faciunt plus urinare et minus assellare cum frigida uero dati contrarium faciunt. Qd si pa. ualde timorosus fuerit in accipiendo de coctionem. nec consuetus talia sumere. anteq; detur ipsa medicina. seu decoctio. per quinque uel sex dies fiat hoc emplastrum constrictiuꝝ et stomachi confortatiuum et stomacho apponatur. R. sanguis draconis masticis olibani gdi arabici. ro. an omnia puluerizata cum suco mēte conficiantur. Cunq; medicinam dare uolueris. ligetur sumitas lacertorum brachiorum et crurium circa musculos et digitū manuum et pedum cum aliquibas corrigis subtilibꝝ seu cordis ligentur. et fiat frictio extremitatum. et

lauet sibi os cum aceto uel agresta uel succo aranchi uel limonum uel pomo acetoso siue malogranato acetoso. et nil de eo deglutiat. et ex succo aliius predictorum uel aceto infundatur oculi. postq; autem biberit medicinam aspergatur facies eius cum aqua rosata uel aqua frigida ad quantitatem unius cieti projecta supra eius faciem. et odorat panem assum in aeto et succo mente infusum. aut pulegiuꝝ uel mustum q̄ melius est. Quod si abominatio uenerit pa. et medicinam elicere uoluerit per os. panem assum in aeto infunde addito suco mēte uel ipsa menta teratur. et spongia marina uel lana sucida intincta in huiusmodi liquoꝝ orisatio stomati sepe apponatur. et in ore eius salsa teneat. et si uult parum de ipsa transglutiat. ut sapoz me licine aboleatur. deinde quiescat in lecto calido nec dormiat nec etiam deambulādā uadat nisi prius medicina mouere incipiat. Cunq; medicina iam soluere incepit. uadat parum deambulando per domum passum p̄ passum. Quod si ipsa medicina non bene soluerit. des parum de reubarbaro pul. cuz sero caprino uel de electuariuꝝ de succo rosato uel diapruinis. uel aliquod tale cum tepida uel cuz frigida. uel cum aqua pruorum q̄ melius est.

Qd si propter frigiditatem aeris seu stomachi medicina non duceret sicut debet. tunc panis calidus sicut exit de furno per medium scindatur. et in pāno lineo iuoluat. et stomacho apponatur. uel locum ea. uino albo irroratum i pānis iuolutum. imo ola lutea uel uesica enea uino uel aq̄ plena iuoluta pānis et similia ea. stō ap plicent. Qd si uomitus supuenerit. succurāt cuz his que in ea. de uomitu restrīnēdo sunt dicta. Qd si medicina nimis duixerit. teratur asongia et cum cinere conficiatur. et fiat ex eis emplastruz et supra umbilicū ponat. Mittat pa. i bal. aque decoct. radicis filicis et pī corticis granatoꝝ et hī stipticoꝝ. et denī syrupi et electuaria strictiua i ea. de fluxu uētris et difteria dicta. Et no. qd si i tertiana fuerit dolor pectoris. ppea forte qz i spūalibꝝ mā. strīnē uel alia qētūq; de ea ab iterioꝝ pūniēt. nō dā dari medicina nisi p̄ ip̄e dolor sedet et recedat et tūc oīa pticularia considerari debet. Syrupus mirabilis tertianā. R. suci plātagis scariole et cicoree. an glibz istoꝝ succoꝝ depurēt et oēs i sil misceat et buliat. et addito zuc. fiat syrup in quo addat paꝝ cristali puluerizati. et dc̄t qz mi remō uiz et siti extiguit et calorē rep̄mit in ip̄o

Hora accessionis pedes et erura ponantur a fratre decoc. mirti malue uiol' et similiu et frons et timpoza supradicta aqua lauetur. Postea in ipso calore et feroze intensissimo eis pauidetur totus comburi. et sit mirabiliter. deinceps sibi in potu uas enetum uel uitreum magnu plenum aqua frigidissima et poterit ad facietatem. et erura et brachia et pedes suos in aqua predica frigida teneat decoc. mirti et cum substantia. Postea predicta membra inungatur oleo rosato. et uiol' priu tam cum panno lineo subtili abstensa. et etiam in lecto ponatur pa. hoc enim solo plures tertia uarios curauit in agister meis. Et hoc debet fieri post tertiam uel quartam accessionem materia tam digesta. Sirupus etiam dy aquilon in potu detur pro siti. et syrups superius scriptus. psiliu ablutum in ore teneat. Fiat et aer artificialiter frigidus cum aspersione frigidarum herbarum et aquap et huiusmodi per camerae. Electuaria frigida syupi frigidi. et huiusmodi et alia frigida in capitulo de causone dicta detur. Pro sompniate prouocetur sompnus cum his. que in capitulo de frenesi diximus. Pro dolore renum ungantur renes ex oleo uiol' ro. agresta et lacte mulieris simul mixta. Item faxiculum cimarus tenerimarii mirti in aceto decoqui facias. quoniam mitem huiusmodi dolorum tollit et hoc sepe fac. Aliud ad idem acutum. agresta fructus solatri uermicularis portulace cimbalarie. et huiusmodi frigidarum herbarum insimul misceantur. et addito oleo uiol' et ro. tepido fiat. et in hoc liquore panus. spongia uel lana succida infundatur et renibus sepius applicetur. Pro oris ulceratione penidie zuccharum amidum et zuccharo uiolato et aqua rosata insimul distoperetur. et ex hoc ulcerata loca liniantur. Aliud acetum decoctionis mirti masticis et rosaru gargarizet. quia mitem modo ualeat. Item aqua de floribus mirti per alembi cum abstracta et gargarizata ad hoc mirabiliter ualeat. Aliud expertissimum uitella ouorum; buiant diu in sartagine et desuver aspergatur pulue. penidiarum zucchari et amidi. et ex hoc locis ulceratus seu pustulatus sepius liniatur. Pro tintu aurii sucus semptinus coriadri solatri uermicularis hedere terestris. unumque per se uel omnia simul mixta cum paucu lacte mulieris et aqua rosa. auribus instilletur. quia dolorem tollit. Aliud ad idem per me expertum elicitur. duo uel tria uel quatuor oua galine sicque siant dura. et ex albumibus ipsorum aqua

extrahat expmendo ea forti cum pretia lini subtillissimi. et talis aqua cum olio ro. mixtatepida ac si in sole stetisset aurib' infundatur quod aurib' nihil actu fridu dicitur. Pro dolore g' tenue. pro ulceratione oris et per tinuitaurium et huiusmodi si ea quod dicuntur hic non sufficiunt. sunt remedia ad hoc. convenientia sicut in pprius capitulis dictum est. superius. Item nota quod in omni tertiana tam nota est uera post tertiam uel quartam accessionem aliamen et trifolium cum trifera saracenica ante horam accessionis tollit ipsam tertianam et patientez liberat (secundum quod dicit magister. Petrus yspaus senex in secretis suis). Item aliud optimum ad hoc post purgationem. serentes sandali albi et ru. cum serra cum qua fiunt pectines. uel cum simili serra. et illa seruatura cum suco uermicularis uel sempervire cum syrupo ro. uel uio. uel syrupo facto de herba ribes in potu detur. uel cum aliquo suco herbarum frigidarum et zuccharo in potu detur. Dieta eoz sit mica panis ter uel quater in aqua frigida lota. deinde cum zuccharo uel penitus lacte amigdala per tritana ordei farina ordei spelte cum predicto lacte condita. pruna damascena elixa medula citruli et melo palestini uine in daice granatorum sucs cruda herba acetosa uel elixa satis est utilis. scariola lactuca cicorea spinachie portulaca cucurbite nunc. hec oia elixa et cum lacte amig. condita. et pauca agresta in aceto. desuper ifusa detur. spigi et euysi optimi sunt. Abstineant a carnibus et uino olio.

Quia non pura corpora quanto magis et ut ait ypsilon. i. p. io. pticule secunde. In die uero accessionis uel nullus cib' deinceps uel deinceps cib' tenuissimus per quinq; uel salti quatuor horas ante poroxismum. quod in poroxismis subtrahere oportet. ut ait ypsilon. i. p. io. pticule secunde nihil igit in ipso poroxismo datus est de cibo. et hoc intelligas nisi virtus est ualde debilitata et ultra modum dissoluere sicut accidere posuerit in colericis. i. his. n. cum appuerint accidentia virtutem dissoluientia. illico cib' est datus. s. i. poroxismo et ante poroxismum. et est in statu. et hoc uult haec. i. comedendo super regimie acutop et in comedendo afforismi. ix. p. me. pticule. In accidentibus itaque virtutem dissolucentibus illico cib' est datus. et hinc modum tenebat et. M. me. i. dietando ifirmos suos. dabat igit corpus habili exente. et in huiusmodi febricitatibus et in aliis est febribus pulchre uel tortae ouie. uel pdicata olera cum lacte amig. addita. appositio in eis per condimento frustro uno integro aspergite recettis. Cum vero i. pa. qualuerit utra fortunatus et restauratus sicut est rosata nouella. diamar

Liber

gariton triasandali diarodon abbatis. electus
riū ad restorationē humiditatū. et similia in capitulo de ethica dicta denuntur. Syrupus cōfōz
tatiūs et restauratiū substitutū humiditatō
B. suci boraginis libz. iii. florū rorismarini
florum boraginis se. bombacis berberis endi
nie sandalo. al. et ru. caprioloꝝ uitis. sciminis pa
paveris al. oīum an. 3. unius tertia se. basilicōis
3. quartā. omnia hec terantur et in succo boragi
nis predicto buliant usq; ad tertie partis com
sumptionem. et addito zucharo fiat syrupus et
in fine decoctō. adde ambre et musci ana. 3. i. et
utatur quotidie. quoniam confortat spiritus
et restaurat miromodo. Itē intestina porcelo
rum uel edorum bene preparata et data. galina
etiana uel perdix que est melior decoquatur i
paſta in furno inuoluta cuꝝ zirbo ut sua bona
humiditas reseruetur. et paruꝝ de maiorana uel
bassilicōe cum pul. cinamomi spicē uel galan
ge ibi apposito detur. quoniam miromodo re
staurat. Ad collenduꝝ paroxiſmū tertiane. ac
eipe foliorum in urte foliorum salicis. uitis an.
M. i. terantur et cum forti acetō conficiantur.
et circūcirca pulsus brachioruꝝ inuoluantur
per duas horas ante accessionem et similē cir
ca pulsus probauit in domino petro canī. Ex
perimentū ma. mei aleutians ualde et qñz. diminu
ens et tollens totaliter paroxiſmū sic ꝑ antec̄
pa. non ledat. B. oxizare. 3. i. 5. sucui cicoree
depurati. 3. ii. aque. 3. iii. omnia dētūr in potu.
Item os de corde certui puluerizatus et datum
in potu est mirabile et pbatum. Et digesta ma
teria et lectuariū de suco ro. uel diaprunis dat
multū confert. Itē trifera saracenica ad cōſtituta
tem. 3. 5. data cuꝝ. 3. i. Syrapī rosa. et aqua frigida
data in mane in die getis. uel in dupli ciencia
in die minoris accessionis mirabiliter diminuit
et tollit qñz tertianā. Syrupus laxatiuſ cōpe
teas in tertiana feruida materia iam digesta et
in acutis et in calore epatis. fm ma. Ladeū. B.
uiol. ca. ue. berberi an. 3. iii. pruna damascena.
xxx. mane. 3. ii. mirabolanoꝝ citrinorū. 3. i. reu
barbari. 3. 5. radicis plantaginis. 3. ii. gramis
pentafilon. an. 3. ii. tcrant et stent in aqua p diē
et noctem. deinde coquātur ad medietatē et fiat
syrapus cuꝝ zucharo. da de eo. 3. ii. uel. iii. cum
aqua tepida. Experimentū contra tertianā. S. v.
dñi pope. medici pbi. digesta materia. da. 3. i.
centauree minor mense maii collecte uel salti
spaherba cuꝝ. 3. ii. Syrapī ro. uel uiol. uel cuꝝ. 3.

i. trifera saracenica cuꝝ aqua frigida probatus ē.
Item fiat emplastrū. B. cimini armomiaci ma
sticis ana. terantur et cum mucilage psiliū distē
perētur et pone super uenas pulsatiles manū
et pedum per horā unā ante accessionē. Et hec
de cura uere tertiane sufficiant.

Capl'm. decimumnonū de tertiana nota.

Ideamus nunc de tertiana nota seu nō
uera. Nota igitur. tertiana seu nō uera
est illa. in qua omnia accidentia supra
scripta uel plura non conueniunt. Nam differt
nota a uera in hoc. ualeat quia pa. notam ifestari
debet de tertio in tertiu in uespertinis et scroti
nis. Primo rigoꝝ maiōꝝ q̄ in uera tertiana. et ca
loꝝ sequitur non tam magnus. pulsus tardior
est in hac q̄ in uera. urina minus incensa est q̄
in uera. Variatur eīm urina secunduꝝ diversi
tateꝝ humorū compleſionū et temporū. Itē dif
fert nota a uera in hoc. quia tertiana uera i. vii
periodis longissima iudicatur ut ait ypocratio.
lviii. quarte pticē. Unū tertiana vā nunq̄ rāsit
septimū periodū. et si ulteriꝝ extendat. non est
uera sed nota. Item tertiana nota q̄uis in
estate fiat sepe. in iuene et collericō nō fit. sed
magis in senectute. et si forte in collericō fiat. fit i. xe
me uel autūpno. Tertiana uera ut dictuꝝ est
fit soluꝝ cuꝝ colera ru. peccat. In nota uero. qñ
qz colera citrina peccat. et quandoqz uitelia.
Urina igī subcitrina et in substātia citrino colo
re remissa ad tenuitatē magis accedēs quā ad
spissitudinē tertianā notam de colera uitelina
ostēdit. Unde adest stōi nimia repletio capitis
grauedo fastidium. et pa. predicto modo debz
infestari. Quando uero peccat colera citrina.
Urina appetit citrina. et in citrino colore remis
sa. tenuis mediocriter. magis tamen ad tenuita
tem quam spissitudinem accedens. tertianam
notam de colera citrinana ostendit esse. et pdcā
sinthomata. debent esse. Colera uero erugio
sa et prastina non colligunt ad putredinem pro
pter facilitatem et furiositatē motus et ideo nō
inducunt se. nec urinaz immutant ut ait ysaac
in libro fe. Curetur itaqz tertiana nota de cole
ra citrina uel uitelina hoc modo dēt. pa. 3. i. 5.
sirupi acetosi de radicibus coibus facti quoli
bet mane cuꝝ aqua tepida decoctionis le. anisi. fe
niculi scariole. masticis et h fiat usq; ad decim
i. idēcim diē et tūc purget cuꝝ yerepigre. Ha. 3. i.

uel enim benedicta aut cum decoctione ista.
R. polipodij quercini optimi et uiridis bene ra-
si et abluti. 3. iii. se. sen. 3. i. H duo insil' cōterātur
et amisceātur cū radice feniculi petro. apū spar-
gi' brusci. an. M. 5. uiol. 3. i. pruna. xx. numero
agař. 3. quartaz turbit. esule. an. 3. tertiam hec
omnia optime decoquātur in. v. libz. aque quo
asqz ad unā redeant. deinde collent et collatur
adde pulpe cassie fi. tamarindi ana. 3. i. 5. mira
bolanorū citrinorū et kebu. an. 3. i. reubarbari
3. quartā zuchari uiol. et ro. 3. i. si ē aliqua opila-
tio in epatice predictum reubarbarū teratur. et
in suco endiuie per noctem iaceat. deinde in de-
coctione predicta ponat. et in matutinis tepida
exhibeat. Qd si predicta colera uitelina uel
citrina in stomacho fuerit. puocetur uomitus
fm doctrinā supius scriptā in ca. de uomitu.
Si dētar. 3. u. de se. mirti trito. et distēperato cū
oximelle et aqua calida in potu uomitum pro-
uocat. qd in quodā scne qui longo tēpore pas-
sus fuit tertianā notā pbaui. et postea dedi sibi
et uomitum puocauit. postea dedi sibi yerepi
gre. Ha. 3. i. cum tepida et purgatus ē optime. et
cōualuit. Qd si post purgationē ampli' itia
deret se. accessio. ante horā accessionis def̄ auſ
alexandrina uel rubea cum calida. Si in estate
fuerit dietetur ut in uera tertiana. et alia reme-
dia. ibi dicta fiant secundum q̄ oportet. Si in
yeme aut tēpore frigido et ī sene uel puerō den-
tur puli. edi perdices faxiani feniculū borago.
et similia. Et nota q̄ si dolor in pccore sive in
spiritualibus fuerit semp debemus obseruār
illud qd supius dictum est. scilicet q̄ infirmo
de penitus et draganto semper apponamus ali-
quid. et etiā q̄ non purgemus pa. donec dolor
quieuerit et cetera ibi dicta obseruari debent.
Expertus suz in tertiana uera et in quotidiana
post. xiiii. diem. digesta materia et purgata. per
unā horam uel duas ante principiū paroxismi
dare. 3. ii. rubee. trōcis. ate 2. 3. i. cū uino decoc-
rute et abortani et saluie qz tollit se. in breui.

Capl'm. uigesimus de dupli tertiana.

Uplex tertiana sit de colera in diuer-
sis locis putrefacta. et in diuersis ho-
ris affligitur infirmus quotidianic una
die grauitas. altera uero leui'. adest calor ma-
gnus et feruēs. pulsus uelox et acutus dolor ca-
pitis intensus. uomitus collericus. oris amari-

tudo. abhominatio rigor parvus. ita q̄ deficiē
te una accessione cum sudore. alia accessio isur-
git quandoqz. Unde quidā existimat hanc fe-
esse quotidianā uel cōtinuam. s3 cōtinua rigor
et sudore cognoscitur. Sed quandoqz accessio
durat per. xii. horas ut quotidianā. s3 ī partu
rigore. et acuto calore. collerico uomitu disce-
pat quotidianā. Urina in hac febre appetet
ru. uel subru. uel crocea. in substantia per totū
tenuis in principio. ul' mediocriter spissa in statu
uel declinatione. supius obumbrata et nō litiēs
Luretur duplex tertiana p̄ omnia sicut tertia
na uero curat. excepto q̄ in hac debet fieri mi-
nutio in secūdo uel tertio die de uena mediana
detur syrpus rosa. cum frigida. Utatur eadē
dieta eodemqz regimine et eodemmo purgatio-
nis. et ī oībus his q̄ in cura te. tiane dicta sunt.

Capl'm. xxi. de tertiana cōtinua.

Tertiana cōtinua fit ex colera putrefac-
ta in uasis. affligit per. xxiiii. horas ī
summo labore. et p̄ uigintires horas
in falsa quiete. differt aut̄ a causone qz materia
causonidis est in locis uicis cordi. materia vō
huius est in locis remotis a corde. ideo qz sin-
thomata que in causone emergat. eadez igitur
signa in utraqz īparū apparēt. s3 differūt in q̄pti-
tate malitie. utraqz eim fit sine rigore. et utraqz
istarum uno die affligit magis qz alio. tertiana
itaqz cōtinua codēmodo debz curari sicut cau-
son hoc excepto. q̄ in tertiana minus frigidio
expedit uti. et minus tenui dieta qz ī causodine.
Utatur eodē regimine et eadē purgatiōe in ca-
predicta exceptis his dictis nunc.

Capl'm. xxii. de quotidianā vā ī flāte naturali

Uottidiana alia cōtinua. alia interpo-
lata alia uera alia nota. Et p̄slo de uera
et interpolata dicamus. Quotidiana
uera de flegmate naturali habet fieri ut pluri-
muz in yeme et tempore frigido in senibz et mu-
lieribus flegmaticis. Cū cīm ipsum flegma na-
turale putreficit extra uasa. et nō colliguntur ad
apostem. facit quotidianam interpolatā que
incipit affligere in tertia hora noctis. Primo
rigore. deinde calore. et habet. xii. horas ad plz
ī labore. et sex ī falsa gete. s. ī declinatōe. et sex
in vā gete. Urina appz subcitrinal' palida et p̄

Liber

totū spissa adest indigestio uētris & lateris ex tensio capitis grauedo pigritico ad sensuz & ad motū somnolētia oris insipiditas sputi & saliuſ rū habundantia. Curetur huiusmōi fe. hoc mō omni mane sumat. 2. i. oximele de radicibꝫ cum aqua tepida. uel syrūpū acetosuz de radicibꝫ feniculi petro. apī spargi brusci & radice lupi lorū. Digesta materia q̄ fiet in. x. uel. xii. diebꝫ ad plus. purgetur cum syrupo laxatiuo magistrī mei in quottidiana uera optimo qui sic fit. R. polipodū quercini. 3. iii. uidelicet uiridis & bene mundati & triti cū. 3. i. scmi. feniculi tu- bit bōi & gumosi. esule agarici an. 3. iii. pruna secca xxv. predicta terenda terātetur. & oīa p noctez in aqua calida iaccant. mane uero quoisq; tantū tertia pars remaneat buliant. & addito zucaro fiat syrups. de quo des ante horā accessionis digesta materia. 3. ii. uel. iii. cum calida uel purgetur enī decoe. ista R. ea. ue. epatice scolopen drie adiāthos. politrici cicoree radicis spargi brusci. petro. fen. an. 3. 5. agār hermo. ana. 3. iii. polidodū quercini. cōtriti cum paucō semi. fe nūcili an. 3. i. 5. maratri. 3. iii. H omnia per noctē iaceat in libz. iii. aque mane uero buliat. quois q; ad unā redeat. collentur. & collature addat pulpe casie si. trifere saracenice zuehari ro. & zuehari uiol. an. 3. i. mirabolanoz kebulozuz. 3. i. 5. plus uel minus secūdūz q̄ megis uel mi nus uis purgare. Uel purgetur curi benedicta laxatiua uel eū catartico uel eū blanca uel eū orimelle squilitico. uel cū clareto laxatiuo. qđ sic fit R. libz. i. polipodū quercini uiridis & bo ni. & eū 3. 4. sc. fenicu'l i terātetur & buliant in libz. iii. uini bōi quoisq; tertia pars minuāt. postea colla ipsum uini & adde. 3. iii. mell. uel zuehari cinamomi foliū spice cardamomi. fustis gaſ. & terātetur sp̄cs iste & in predicto uino ponātur & collentur per faxiā uel saculū & detur in potu. libz. i. quia bene purgat. 2. M. meus. cū huius modi clareto purgabat delicatos. & sp̄tialie galicos qui mirabiliter abhorēt sumere meās & ip̄e loco medicine dabat huiusmodi claretuz cum quo optime purgabat & libenter ipsum sumebat. Item purgabat quosdaz. cuiz tragea quadā sua laxatiua que sic fit. R. turbith bo ni gumosi. 3. i. foliculorū sene. esule hermoda etiōr polidob. an. 3. 5. maſſicis seminis feniculi & anisi an. 3. quartā terantur & omnia cribellentur. & addatur zuehari ad pond' omniū dosis est. 3. 5. & in qualibet dossi adde grana. v. dia

gredii in pomo cocti quia mirabiliter ualeat cōtra excessum flegmatis. & arthriticis. mirabilit ualeat. si utantur bis in ebdomoda. Uel si uis potes purgare enī pul. petro. supra in passiō bus scripto. Quod si post purgationem pa ſtomachum suuz adhuc ſentiat repletuz fore. puocetur uomitus cū his que in caplo. de uo mitu. puocando scripta ſunt. Post purgatōz uel uomitu si adhuc febris durauerit. ante ho ram accessionis deī mitridatū. nel aurea alexādrina uel adrianū & similia cum calida. & iungā tur renes cum arogon. cum martiaton. agripa olco laurino pulegino & similibus. balneuz c̄t quod in. e. aplō quartane dicturus ſum. corpo re mundificato anteq; frigus euſ ūadat intret & ibi aliquas de dictis opiatis ſuſcipiat. Denē ſibi electuaria cōfortativa. ſicut ſunt diamarga riton. diacalamentū dianthos & similia. cōcedat carnes edinas faxianos pdices ſurnos mino res aues. & hoc dico poſtq; egritudine iam. xiii. diem tranſuerit. & uirtus ualde debilitata fue rit. alioquin ſi uirtus fuerit fortis & ſufficiēs uſ q; ad ſtatuz & declinationē egritudinis come dat ſolum farinaz ordei cū lacte amigdalorum conditā. amigdalatū collaturā furfuris feniculi & boraginis cū codē lacte conditam. pira & po ma grossa affata. qñz aquā in qua coquatur radix feniculi miſtā bib. ant cū zueharo. Cū uero in cōualeſcentia ſuerit uel cum egritudine nimis pteñditur. & uirtus incipit debilitari. debem⁹ dare predictas carnes ques & pedes predictoꝫ cum feniculo & boragine coquinas. ouia ſor bilia & similia demus. c̄t uinum albuꝫ & ſubtile cum predicta aqua lymphatum bibant.

Capl. 25^m. de quottidiana nota & p̄io de ea que fit ex flegmate ſalſo.

Uottidiana nota fit diuersis modis quandoq; ex flegmate dulci. quandoq; ex flegmate ſalſo. & quandoq; ex flegmate acetoso. De flegmate uero ſalſo ſep̄t habet & fit. quottidiana nota in estate. quandoq; in autunmpno. quandoq; in uere. Unde in quolibet tempore anni potest ſuperuenire. Si gna igitur quotidiane note de flegmate ſalſo ſacte ſunt ista. Urina ruffa uel ſubruffa medio criter tenuis in principio uel mediocreriter ſpiffa in ſtatu & indeclinatioꝫ & non liuens apparet. adest oris ſalſedo digestionis corruptio.

capitis dolor. pruritus per corpus universum et quinque scabies. et maxie adest pruritus in inferioribus partibus corporis circa nodos et iuncturas. Nam in nona hora diei et antea incipit affligi primo rigore. deinde lento calore et maxie usque ad mediā noctē affigitur. Luret in hunc modum sumat omni mane sumat oxymel uel syrupū acetosū de radicibus cum aqua decocto. prunoꝝ et marati. Farina ordei lac amigdalorum borago cum lacte amigdala cocta. spargi ellixi lactuee cicorce ellipate micca panis lota. et huiusmodi exhibetur. Quia vero materia fuerit ad expulsionem parata. q̄ sit in. xxviii. die uel infra detur hec decocto. R. capili ueneris scolopendrie cicorce ceterac politriana ana. M. i. radicis feniculi petro. spargi brusci an. M. s. agar. 3. s. cuscute. 3. s. radicis blete. 3. i. uios. florum boraginis en. 3. s. pruna damas. xxv. omnia in aqua buliant ut supra dictum est. et collature addantur pulpe cassiefi. 3. i. trifere saracenice zuchari uioles. mane an. 3. i. mirabolorum kebulorum. citri. cum. vi. amigdalif duleibus. 3. i. Quod si post purgationē aliquid de tipo remanserit dentur aliisque opiate ante accessionē. ut aurea esdra. adrianū. et similia.

Cap^m. xxv. de quotidiana de fl̄ate acetoso.

Cum itaqz cōtigat flegma acetosum pretrefieri et quotidianam notā in eo accēdi. tunc eius urina apparet in principio medicriter tenuis uel medicriter spissa cum apropinquat ad digestionē. et est in colore glauco. lactea uel alba parum in colore huīus modi intensa. hec cūm se. in sero īcipit affligere inter horas flegmatia et mītie. Primo oripillatione cum lento calore. Flegma enim acetosuz p̄petratē habet cū mīlia. et iō inducit oripillationē. Adest oris acetositas. capitū grauedo. indigestio uentris. cōstipatio uentris. et lateris inflatio. Fatus etiam in contrariū mutatur color. rem quia palidior fit quam a natura esset. per mutatio enim mali coloris non fit ob aliud. nisi propter malam digestionem necessario sequitur malus color. Unde cum dico iste uel ille est male coloratus necessario sequitur q̄ male digerit. Quia itaqz in flegmate aceroso excesſu et superabundante due qualitates peccent p̄nicipaliter. s. frigiditas et siccitas. digēni cōtradicētes nō est mirū si colorē cōtrariū p̄mutet. In hac ergo se. primo ordinet dicta non nimis tenuis. grossiorū in yeme quā in estate. Fari

Cap^m. 24^m. de quotidiana q̄ sit ex fl̄ate dulci.

Flegma dulce quinqz. corrūpitur et facit quotidianā. que sūlitter nota. est sicut p̄dicta. In hac. n. se. appet. urina rufa uel subrufa. in substātia p̄ totā spissa sicut ī colore sanguis obūbret parū supius. Circa meidiā noctē incipit a fligre iter horas flegmatia et sanguinis lento calore tipum nō debet habere. quia materia nō est ita frigida et humida ut frigus inducat. nec ita ca. et sicca ut rigorē inducat nec ita frigida et sicca ut oripillationē inducat. adest oris dulcedo digestionis cor-

liber

nam ordei cū lacte amigō cōditam spinachiaz
boraginē lactucas. et huismōi cuī pdicto lacte
cōdites. spargos elixos. pullari piam pdicez et
minoris ares comedant. Vinum subtile clariz
et bene lymphatum bibant. Sunt quolibet
mane. 3. i. s. huismōi syrupi cū calida. R. radi
cis spargi apū brusci petro. feni. an. M. i. co
ticum radicum interiorā sambuci et ebulliana.
3. iii. ordei mundi pug. . buliat pfecte. et addito
melle dispūato al. et zucharo ana. fiat syup² de
quo omni mane deē ad q̄titatē predictā quous
q; materia sit digesta. Uel digerat materia cū
oximelle squilitico. uel cum syropo acetoso de
radicibus. uel oximelle facto de radice raffani
in uiris. in mulieribus uero deē quolibet māe
mel ro. cū aqua decoct. radicis seniculi. digesta
materia. q̄ cognoscit per anticipationez acces
sionis. uel per urinā medicocriter spissaz purge
tur pa. cū cum decoct. ista. R. ene thimi epithimi.
cuscute an. 3. s. radicis blete spargi brusci fen.
an. 3. i. hec oia in tribus libr. aque bu' iāt quous
q; ad unā redeant. et addā ur collature pulpe
cassiefistule. et mane an. 3. i. s. trifere saracenice
3. i. s. zuchari uic. et ro. an. 3. s. mirabolaorū in
dorū emblicorū et kebulorū cum. viii. amigō.
dulcibus cōtritoz an. 3. i. hec oia per noctes in
simul stent. mane uero collentur et collatur ad
unius gobeleti q̄titatē patienti detin in potu.
Et si medicinā abhorere videatur. fiat ad h̄em
plastrum supra stōachum et cetera in caplo. de
tiera tertiana dicta. Qd si cōstipatus fuerit
cius uenter suppositoriū aliquod uel clisterē fiat.
et tāt etiā balneo āte cibū. in mane in quo po
site sint rose et flores camomille. Et cuī exit su
mat aliquid de predictis opiatib; et inungātur
renes taliū et spina dorſi ex oleo laurino camo
melino et similibus cuī butiro mistis. et h̄ post
bal. et huismōi in unctiones. et datio alicuius
opiate fieri debet post purgationem. ante cīm
quā euacuatio fiat sine purgatio p naturā sine
medicinā nō competunt predicta.

Cap'm. xxvi. de cotidiana de flegmate uitreo

Uando flegma uitreuz inducit. quot
q dianā que similiter nota ē sic et predi
cte. tunc urina taluz in pncipio morbi
apparet alba glauca. uel alba cum gleba hu. ap
pente in ea. unde in ipso dominio flegmatis ui
trei uel cū fe. uel ēt sine fe. urina appct spissa et

globosa. Cum uero iā apropinquat digestio
quotidie de die in dīc̄z atenuat urina. Flegma
et cīm uitreū in principio sue dissolutiōis calo
re existente deb̄t dissoluit in quedā frustula.
unde reddit urinā discoloratā et spissa. In fine
uero sue dissolutiōis calore in eo agēte fortius
tanq; iā materia subiectā. i subtiles et aquosas
partes dissoluit sue resolut̄. que urie amisse
reddunt ipsaz tenuē et multaz. Cuius simile ui
dere possumus in niue que si soli exponatur in
pncipio resolutur in grossas partes. calore vō
solis in eaz fortius agente in fine resolutur in
ptes subtiles. et hec sintbōata sunt in hac febre.
Post tertia horā noctis incipit iuadere. Drio
adest tipus. deinde sequit̄ calor lentus. adest
maxia extremitatū frigiditas et sentiē circa lo
ca in quib; materia cōtineat. et ibi sentiē tāta
frigiditas ac si ibi esset frustru glacie maximū
ubi materia continetur. qd nimis honorat pa.
adest maxima indigestio. et qñq; per uomitū. et
qñq; ner secessuz quoddā modicū in modū gla
tiei uel uirri emittūt. nimis adest intestinoz do
lor et corosio. Unde qñ galienus huismōi pa.
pateretur. ingt uidebātur intestina. quasi in eo
quoddāmodo terrebello pforari. s̄z clisterizat̄
sum ex melle calido et emisi illa quale cathago
rax uitreū appellauit. Curet̄ hec fe. sic n̄ nimis
tenus dictis init̄gatur. Carnes pulinas et mō
rum auiez pdicū flurnorū et faxianorū et huismōi
silia cōdant olera pdicta. Vinū odoriferū
et clarū cū aqua decoct. radicis fen. et fe. eius bi
bāt. Et pncipio quolz mane sumat. 3. i. s. oxiel
lis cōditi de radicib; raffani uel oxieellis lglit
ci. q̄ sic fit. Ecceps sglia et mūde et frustrati in
cida. et i aceto dimittat p duos dīc̄z cū. M. iii.
de radice fen. apii spargi brusci et petro. deīn
buliat pdicta radices cū aceto et pdicta sglia. et
addat̄ eis se. fen. petro. apū anisi et spargi an. 3.
u. et coquātur pfecte quousq; tertia ps rmācat
deīn collent̄. et collature addat̄ tātundē mellis
dispūati et pfecte coquātur. Ist d. n. cōximel sg
liticū et ppositū qd ualde ppetit in his sc. Diga
mā q̄ cognoscit p urie atennationē sicut supi
dictū ē. et āticipationē accessiōis. purget pa. cū
yeralogodion. uel benedicta laxatia cuī aqua
medianī corticis radicis sambuci ebulli et inte
rior̄ coloqtide. Et nota q̄ ista decoct. ē exptis
sumā in eraticis febribus. uel purgetur cum
decoctione aliqua de supradictis. Si uero do
lor fuerit in ore stomaci prouocet uomitus

eum aliquo de uomitibus in predicto ea.dic.
tis. Si uero in intestinis cōtinuat materia. siāt
elisteria acuta sicut ē istud. R. mal.mercurialis
senationū pitarie urtice uiol brance urfīne.ra
dicio sambuci ebuli an. M. i. cātabri pugillū.i.
addant trifere saracenice.z.ii.mellis & olei an.
z. i. 5. salis puluerizati uel husti.z. i. Et si in ipa
